Cathacresis est usurpationis alieni nominis cum proprium deest. ut cum parricidam dicimus qui occidit fratrem. Et piscinam qui pisces non habet. Hec enim nisi extrinsecus sumeretur suum vocabulum non haberent. ut dicit donatus. Beda vero sic dicit. Cathacresis. est abusus nominis aut verbi ad signandam rem quam propria appellatione deficit. ut Ponas veteres vectes in quatuor angulis mense per singulos pedes. & sextum saguz in fronte tecti duplices. & ibi. Confringet cornua arcuum & labium calicis & rapandi labij. Hec a methaphora differt. eo quod illa vocabulum habet largit aliud. hec quia non habet proprium. alieno vti. Pedes quippe & frons & labium & cornua hominum tantum sunt & animantium. non etiam rerum insensibilium. quod nomina si prefatis rebus non imposuisset scriptura quod proprium his diceret non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod scriptum est. Est autem hierosolimis probata piscina. a piscibus enim vocabulum accepit aqua que nequaquam propter pisces. sed ad lauandas ut asserunt hostias collecta est. Vnde & probatice cognomen sortita est. Et dicit cathacresis a catha. quod est ab. & cresis quod est usus. quasi abusus nominis. Hec figura excusat acirologiam. & hic tropus vocatur a tullio abusus.

Methalensis est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit. & ab eo quod precedit id quod sequitur insinuat. ut labores fructuum tuorum manducabis. Labores enim posuit pro his que laborando acquirunt homines. secundum bedam. Vel

methalensis est distinctio gradatim pergens ad id quod ostendit. sed de causa euenire ad causatum per multa media. ut Post aliquot mea regna vides mirabar aristas. Hic enim gradatim pergit dictio vel distinctio ad id quod ostendit. quia per aristas segetes per segetes estates. per estates annos intelligere debem? Ergo post aliquot aristas. post aliquot annos virgilius intelligi voluit. Quod igitur sic per multa media differt a methaphora. que licet procedat ab aiali ad aiatum. vel eoduerso. facit tamen hoc sine medio. Excusat autem hec figura acirologiam & cacephatam. Et dicitur a metha. quod est trans. & lenis. quod est sumptio. quasi transumptio. quia significatum vnius transsumitur ad significatum alterius. Vel dicitur a metha quod est ad. & lenis quod est sumptio. Inde methalensis. quasi assumptio. quia vnius post aliud assumitur. & vocatur a tullio gradatio.

Methonomia est veluti quedam transnominatio. Huius multe sunt species. aut enim contentum ponitur pro contento. ut Theatra plaudunt effundite ydrias. id est. vinum vel aquam que est in ydriis. Item prata mugit. id est. boues qui sunt in prato. vel hierusalem que occidis pro pheras. vel Nunc pateras libate ioui. id est. vinum contentum in pateris. id est. in vasis illis. Aut contentum pro continere. ut Dimitte arcam ire & aspicias ut habetur in primo regum. Non enim (ut dicit beda) arca. sed plastrum quo continebatur arca vel boues ire poterant. Item vima coronat. id est. ciphos implent usque ad summum vinum. Aut inuentor pro inuento. ut Sine cerere & libero venus friget. exemplum est terentij in comedia. Ceres sicut poetas dicit fuisse dea & inuentrix frumenti. & liber inuentor vini. Per istos ergo inuentores signantur inuentiones siue inuenta. Per venerem intelligitur concubitus. ut sic sensus. Sine cerere & libero friget venus. id est. sine pane & vino deficit voluptas. Item. Vulca? mittit sagittas. id est. ignis. Aut econuerso. inuentum pro inuentore. ut vinum precamur. id est. libere vini inuentorem. Item pro efficiente effectus. ut frigus pigrum. id est. efficiens pigriciam. & Timor pallidus. id est. faciens pallorem. Aut econuerso effectus pro efficiente. ut Spumantia frena. id est. equus. Et etiam cum materia ponitur pro materiato. ut accinctus ferro. id est. gladio. Vel consequens pro antecedente. ut Pallet. id est. timet. Et dicitur a metha. quod est de. & onoma. quod est nominatio. vel nomen. quasi denominatio. quia unum pro alio nominatur. Vnde & hic tropus a tullio vocatur denominatio. Vel dicitur a metha. quod est trans. & onoma nomen. quasi transpositio nominis. Hug. ei dicit sic. Methonomia componitur a metha propositione greca. quod est trans. & onoma nomen. & dicitur hec methonomia methonomie quedam figura. sed transformata ab una significatio ad aliam. & fit multis modis. Cum retinens ponitur pro contento. vel econuerso. Vel cum inuentor pro inuento vel econuerso. Vel cum efficiens pro effectu. vel econuerso. Vel cum possessor pro possessione. vel econuerso. Vel cum materia pro materiato. vel econuerso. Vel cum id quod fit ponitur pro eo pro quo fit. vel econuerso.

Methonomasia est significatio uice proprii nominis posita ex accidentibus. videlicet propria significans personam. Et fit tripliciter. Ab animo. ut magnanimus. i. cneas. Supbus. i. dyabolus vel dyabolicus. Vel ut dicit beda. Ab animo. ut nunquid tu percussisti supbum. A corpore. ut Spum? altitudinis sex cubitoz & palmo. Ab elatione autem

aimi dyabolus. A q̄ntitate corporis significat. golyas gigas. Extermsecus. ut infelix puer. id est. troylus. Et hoc sic pluribus modis. Nam sc̄dm bedam in plures species diuiditur. Fit enim vel a genere. ut Nunquid omnibus vobis dabit filius ysai agros. i. nobilis dauid. Vel a loco. ut auctoz secte nazareorum. id est. paulus. Vel ab actu. ut Qui tradidit illum dedit eis signum. scilicet iudas scarioth. Vel ab euentu. ut Discipulus quem diligebat hiesus. id est. iohannes. Per hunc tropuz ipse dominus hiesus christus aliquando designatur a genere. ut Ofanna filio dauid. A loco. Qui sedes super cherubim maifestat. Ab actu. ut Peccauit. quid facia tibi o custos hominum. Fit ergo anthonomasia. cum commune alicui appropriatur. ut per apostolum paulum. Per prophetam dauid. Per virginem. maria. Per urbem. romam intelligamus. Vnde fm huguicione. Anthonomasia est quando illud nome qd est commune pluribus appropriatur alicui. In doctrinali sic dicitur. Anthonomasia solet excellencia dici. Si nomen proprium taceas ponēs generale. Et dicitur ab anti. quod est contra & noma qd est nomen. & thesis quod est positio. quasi contraria & impropria positio nomis pro nomie. Vel dicitur ab anti quod est pre. & onoma quod est nominatio. q̄ si precellens nominatio. Vel dicitur ab anti. qd est contra. & onoma qd est nomen. & vsi. quod e egle quasi contra eglitatem nois

Epytheton. est preposita dictio proprio nomi. sc̄dm donatum. Fit em̄ epytheton cum adiectiuū nomi proprio supponit. ut Dilectus deo & hominibus moyses. & Misericors & iustus dominus. & Iustus loch oppressus. Fit autem tribus modis epytheton. Ab aimo. sic Sapiens plato. A corpe. sicut. Magnus gygas. Extermsecus. sicut diues heros. Et hec que exteri sunt mutur diuidunt in plures species. Descendunt em̄ a loco. ab actu. ab euentu. Grecism? plane dicitur Si proprie pprium dicas epytheton hic est. ut albus cignus. coruus niger. nox humida. Vñ q̄ndo proprie tas intelligit in substantiuo. ut dauid fidelis. deus iustus. famis pallida. vire? vera. Et ita adiectiuū proprie adiecitur substantiuo. In doctrinali sic dicitur. Fiat epytheton si dicas tristitia bella. Et dicitur ab epy quod e supra. & theton vel thesis. quod e positio quasi propria adiectiuū suppositio. Et differt ab anthonomasia. quia anthonomasia pro vice nominis ponitur. ut vrba pro roma. apostolus pro paulo. Epytheton nunq̄ est sine nomine. vide etiam in quarta parte i suo loco.

Synodoche. e significatio pleni intellectus capax. cum plus minus ue pronunciat. Aut em̄ totū a pte ostendit. ut Verbus caro factum e. & eram? in nauī vniuerse aime centum septuaginta sex. Hic em̄ min? dicitur pl? significat aut econtra a toto ptem. ut ppter parascuen iudeorum. qz iuxta erat. in monumentū posuerūt illū & tulerunt dominū meum. & nescio vbi posuerūt eum. dñm dicit. eū solū dñi corp? quereret. Plus em̄ dicens minus significat. Quod tractans gregorius dicit in omelia. Notanduz iuxta historiam. q̄ mulier non ait. tulerūt corpus domini mei. sed tulerunt dominū meū. Vñ us nanqz sacri eloquiū e ut aut aliq̄ndo ex parte totum. aliq̄ndo vō ex toto ptem significet. Ex parte em̄ totū significat. sicut dicit iacob filijs scriptum est. Quia descendit iacob in egypto i aiabus septuagita. Neqz em̄ sine corpib?

aimē descendebāt. sed p solam aim tot? homo significatur. qz ex parte totū exprimit. Et solū domini cū corp? in monumento iacuerat. & maria non domini. sed sublatū corp? dñi querebat. videlicet ex toto designās ptem. Hug. vero dicit. q̄ synodoche est que dā figura. cuius quod pris e attribuit toti. & econuerso. Et e etiam qdam color rhetoricus. & appellatur apud latinos intellectio. Et e intellectio totius p ptem. vel pris per totum. vel vnus p plura. vel pluriū per vnū cognitio. Et dicit synodoche a sin. qd est con. & odoche. quod est captio. vel expectatio. qz p intellectum pris capie & expectat intellectus totius. & econuerso. Memisse autē debem? (ut dicit donatus) cū sit a pte totum ab insigniori pte faciendum est. De synodoche etiam in fra dicam cum agam de allotheca in capitulo de sintesi.

Onomatopeya. est nomē de sono factum vel fictum. ut stridor porte. Coruus a crocicando. Et siliter pprietas animalū ut Rugitus leonis. & balat? ouis. Timabulum a timē. Et notandū. q̄ nomē fictū aliquādo e nomen ipsi? soni. ut tinitus. qui e nomen sonitus auris. Aliq̄n e nomen habentium sonū. ut caratantara. Et dicitur ab onoma. qd e nomen. & thesis qd est positio. & poio. qd e fingo. quasi positio ficti nois. Et accipit hic nomen large p qualibet pte orationis. Et scias. q̄ onomatopeya aliquādo ita large sumit q̄ etia; comprehēdit verbi affirmatōez sive tropū qui dicitur rematopeya. fm hug. vide plen? de hoc suo loco infra in q̄nta pte.

Perfrasis. est circūlocutio q̄ fit dupliciter aut ornāde rei causa. scz pulcre plōgādo materiam. Vnde virgili? Et iam prima no uo spgebat lumie terras. Titani croceū linquef auroa cubile. Quasi dicat. Iam lucebat aut dies ortus erat. Item paul? ad corinth. Scimus. q̄ si ter restris dom? nostra hui? habitacōnis dissoluatur qz edificatōnem ex deo habem? domuz non manu factam eternā in celis. Aut causa vitāde fedicitatis ut Placitū iugis pete ei? ifusus gremio. Itē ad romanos ait apulus. Femie eoz mutauerūt naturalez vsū i euz vsū q̄ e conera naturā. Similiter autē & masculi i masculos turpitu dinē opantes rē. Itē iste soluit tributū vneris. Quotiens igitē honestā rem honestiorē p circūlocutionē facere volumus pifrasis dicitur. ut auras vitales carpit. i. uiuit. Similiē cū turpem rē p circūlocutionem uerboz honesta mus pifrasis est ut patuit. Vnde i doctrinali dicitur Perfrasis circūloquiū de iure uocat. Cum uerbis curas attollere rem tibi gratā. Aut i re turpi uerbis non turpib? uti. Et ut dicit hug. Peri qd est circū cōponit cū frasis. qd est locutio. Inde perfrasis. id est. circūlocutio. cū una res plurib? uerbis significat & describit. & in rhetorica iste modus loq̄ndi dicitur circūlocutio. Et scias. q̄ pifrasis q̄ fit i oratione differt ab anthonomasia & epytheton que fiūt i dictione. Item hec oblique ordināt ad laudem ul' uituperiū. illa uero directe.

Perbaton est qdam transcensio uerboz ordinem turbans. Cui? qnqz sūt species scilicet ysterologia. uel ysteronproteron anastrophe. parēthesis. themesis. sineresis. Et dicitur ab yper quod est supra. & baton. quo est materia. quasi transcendens loquendi materiam. & excusat pleonasmō. Vel secundum huguicionem dicitur uel componitur ab yper quod est super. & batō.

quod est gradus. et inde hec yperbaton. id est. longa & supergrediens constructionis. vel sententie trascensio scilicet cu verbu aut sententia ordo mutatur.

Ysterologia. vel ysteronproteron. est sententie cu verbis ordo mutatus. ut. Torrere parant flamis & frāgere saxo. Qd sic intelligas. Ysterologia. est mutatus ordo sententie cum verbis. ut in predicto exemplo. Torrere parant zc. Primo em solet in mola frangi triticum & postea torredi. id est. flamis coqui. Ergo & sensus & verba confunduntur. Itē virg. *Moziamur et in arma ruamus. Item. Nutrit & pepent. Item & vomit & potat. Item psalmus. Hic accipiet benedictionem a domino. & misericordiam a deo saluari suo. Nam ut dicit beda. Prius dominus miserā do iustificat impium. & sic benedicendo ornat iustum. Dicit autem ysterologia. ab yster quod est ultimus. & logos quod est sermo. quasi sermo vel timus. scilicet pposterus. Vel dicitur ab ysteron quod est post & logos quod est sermo. Inde ysterologia. i. pposterus sermo. Sed ysteronproteron dicitur ab ysteron. qd est ordo. & proteron. quod est pposterior ratio. quasi ordo pposterus. Vel dicitur ab yster. quod est ultimus. & prothos quod est primū. quasi pro ultimo primū. & p primo ultimum.*

Steronproterō. est sententia ordine mutata. scilicet conuersio recte sententie. Ysteron em interpretatur videre. proteron conuersio. ut dicit hug. vide i yster

Anastrophe. est verborum emastrophe. ordo preposterus. ut Italiam contra. p contra ytaliam. Quotienscuq; sensu in tegro permanente verba tantum mutantur. Anastrophe dicitur. ut Italiam cōtra. Debit em dici. Contra ytaliam. eo qd prepositio semp debet pponi. Similiter & in iob. Quā obrem ego despectabor dominū. pro ob quā rem. Vnde doctrinale. Dicitio si subsit cum sit precedere digna. Fiet anastrophe sic surgit mare litorea contra. Et dicitur ab ana. quod est sursum. & strophos. quod est conuersio. quasi recti ordinis conuersio. Vel ab ana. qd est re. & strophos quod est missio. quasi retro missio. quia qd debere pponi retro mittitur. Vel dicitur ab ana. qd est re. & strophos qd est conuersio. Inde anastrophe id est. retro conuersio. vide in suo loco.

Parenthesis. est interposita ratiocinatio diuerse sententie. ut eneas (neq; enim patrius consistere mentē passus amor) rapidum ad naues pmitte achatez. Sedm donatū. quotiens sententia inchoatur. eiq; interponit quelibet ratiocinatio parenthesis ē. ut in predicto exemplo. Debit em dicere. Eneas rapidum achate pmitte ad naues. & sic demū subiugere. Neq; ei patri? a mor passus est consistere mentem. Item apostolus ad galathas. Cum vidissent gratiā que data ē michi (qui cū operatus est petro in apostolatu. operatus ē & michi) inter gentes. iacob? cephas & iohannes dexteris dederunt michi & barnabe societatis. Vt parenthesis ē sententie interpositio. qua ex medio remota integer sermo pcurat. ut *Dij ceptis* (Nā nos mutastis & illas) aspirate meis. Et dicitur a para quod est inter. & thesis quod est positio. quasi in

Themesis. ē vni? opōiti aut interpositio. simplicis vbi sectio. vna dictioe v? pluribus interiectis. ut. Septem subiecta trioni. Hoc compositum nomen septentrioni. diuiditur & interponit vna dictio. scz subiecta. ut Septē subiecta trioni. p eo qd ē. Subiecta septen

trioni. Vñ doctrinale. Dat themesis binas in pres dictio secta. Est bozee regio septē subiecta trioni. Itē Saxo cere diminuit brum. p cerebrū. Et diuidit hoc simplex verbū. scz cerebrum & dictio vna interponitur. scz cōminuit. Itē Masili portabāt iuuenes ad litora tanas. Hic simplex verbū diuidit. scz masilitanas. i. de masilia plūs. qd ē vrbis gallica diuiditur. & plures dictiones interponunt. scz portabant iuuenes ad litora. Hec tropi species ut dicit beda. nō facile in scripturis sanctis qd ex hebreo v? greco sermone translate sunt potest inueniri. & ē huiusmodi. Hiero qd genuit solimis dauidica proles. Hoc ē hierosolimis. Et dicitur themesis a themos. quod ē diuisio vel sectio. Diuiditur em siue secatur vna dictio ab alia per ea que interponuntur. Vel dicitur a teneo teneas & hec memeris. quod ē diuisio quasi tenens diuisionem.

Yncresis. ē yperbaton ex omi parte ofusus. ut Tris nothus arzeptas i saxa latētia torquet. Saxa vocant ytali. medijsq; in fluctibus aras. Est em ordo. Tris. scz naues arzeptas. nothus. i. ventus in saxa torquet. que saxa in medijs fluctibus latētia ytali vocant aras. sm donatum. Itē nos virtute lauat qui labē crimina ornat. Et ē ordo. Ille qui lauat labem criminis ornat nos virtute. Et dicitur a sin quod ē con. & cresis. quod ē fusio. quasi cōfusio. Vel dicitur a sin. quod ē con. & chaos confusio. Ibi em ordo sententie verborumq; simul cōfunditur et quia fit i pmutatōe ordinis duarum dictionum. & vtraq; excusat cace

Yperbole. ē dictio fidem exceperbaton. dens augēdi minuēdi ue causa. Augēdi ut iste ē nūe candidior. aquilis velocior leonib? fortior. Minuēdi ue. ut Terzebit te sonie? folij volantis. & Denigrata ē sup carbones facies eorum. & iste ē tardior testudine. Vnde doctrinale. Transcensus veri manifestus yperbole fiet. Et dicitur ab yper. quod ē sup. & bole. quod ē sententia. vel fides quasi supra sententia. vel fidem. & excusat capinosum. Hic tropus vocatur a tullio superlatio. & contrariā huic tropo litote dicitur ifra dicitur

Allegoria. ē tropus quo signatur aliud qd dicitur. ut Est iam tēpus equum fuman tium soluere colla. Virgilius em cum de hoc diceret. non vere dicebat soluenda fore colla e quorum. sed carmē finitendum significabat. Item i euangelio iohānis. iij. Leuate oculos vestros & videte regiones. quia albe sunt iam ad messē. Hoc ē intelligite. quia populi iam pati sunt ad credendū. Et vocatur hic tropus a tullio pmutatio. Et dicitur ab alleon quod ē alienum. & logos quod ē sermo vel goro. quod est dicere. Vñ allegoria. i. alieniloquium cum aliud sonat & aliud intelligitur. pcpue oppositum. & ideo allegoria differt a metaphora. vbi licet aliud. non tñ signatur oppositum. De hoc require infra in quita pre i suo loco. Itē infra post antisimos. Huius multe sunt species ex quibus emimēt septē. scz yronia. antifrasis. enigma. carictif mos. paroemia. sarcosmos. antisimos

Yronia ē tropus p cōtrariū qd conatur ostendē. id ē. tropus ostēdens id p cōtrariū qd conat. i. vult. ut i libro regum. Clamate voce maiori de? ei baal fortitā loquit ul? i diuersorio ē. aut dormit ut excite? Hanc nisi quitas pnuiciatōis inuerit oficere videbit qd negatē cōtēdit. sm donatū Hug. eni dicit. Yronia ē sententia pnuiciatōi pcrariū hās intellectū. scz sic. Lauda ns

ut vitupare intelligat. Et dicitur ab yron quod est contrarium & onoma nomen quod facit pronuntiationem contrariam intellectui. Vel dicitur ab yron quod est eleuatio. Debet enim fieri cum quadam eleuatione vocis. Vnde a tullio vocatur ex elamatio. & secundum quosdam quicquid est dicitur verbis aliquid & negare possumus & confirmare. yronia dicitur potest. & differt ab antifrasi. ut in antifrasi dicitur.

Antifrasis est vniuersi verbi yronia. ut Belium. hoc est mimes bonum. Lucus quod non luceat. Parca quod mimes parcat. Manes quasi mites. cum sint terribiles. De istis grecismus dicit. Lucus & officium bellum libitina quod parca. Ita per antifrasi dicuntur nomina quicquid. Beda dicit quod hic antifrasis est. Amice ad quid venisti. Secundum huguonem dicitur antifrasis est sermo contrarius intelligendus. Et dicitur ab anti quod est contra. & frasis quod est locutio. ut Lucus quod luce caret. Et differt ab yronia quod yronia pronuntiatione sola etiam indicat quod vult intelligi. ut cum dicitur homini male agenti. Quod bonum est facis. Sed antifrasis non voce pronuntiationis signat contrarium. Sed tantum verbis suis quorum origo contraria est. Doctrinale dicit. Antifrasis sermo signat contraria dicto.

Nigma est obscura sententia per occultam similitudinem rerum. ut Mater me genuit. ea dem mox gignit ex me. Cum signat aqua in glacie coadunata. & eadem rursus effluit. Vnde doctrinale. Patre progenies occidit matris in alio. Mater me genuit eadem mox gignit ex me. Quam mater genuit. generauit filia matrem. Item de omedete exiuit ab? & de forte dulcedo. Signat ex ore leonis fauam mellis extractam. vel Pene colube deargente. & posteriora doli ei? in specie auri. Cum significat eloquia scripturae spiritualis diuino lumine plena. Sensum enim eius interiori maiore celestis sapientie gratia resurgente. vel certe vitam sancte ecclesie partem virtutum penitus gaudentem. futuram autem que in celis est. eterna cum domino claritate fruatur. Et dicitur ab e. quod est extra. & nigmos quod est liquidum. quasi extra liquidum. id est. extra intelligibilitatem. Vel dicitur ab en quod est in. & nigma. quod est ymago. Inde enigma. i. sententia in ymagine. hoc est in obscuritate posita. Et differt secundum ysidorum ab allegoria. quod allegoria subre alia aliud significat. & sic est gemina. Enigma vero tantum sensum habet obscurum per quosdam ymagines obumbratum. Papias vero dicit. Enigma questio obscura que difficile intelligitur nisi apertur. Vide in quinta parte in suo loco.

Antismos est tropus quo dure dicta gratius siue mitius proferuntur. ut cum interrogantur nobis an aliquis nos querit. respondebo bona fortuna. Ex quo dicitur intelligi neminem nos querisse. Item. Nonne pro rachel serui tibi quare imposuisti michi lyam. vno ei leuissimo impositionis verbo inuicem quam patiebatur. quissimam rem temperantem loquens significauit. Item de filio sacerdotis dicit. Iste est de genere aaron vel consobrinus fratris derici. Et dicitur a caris. quod est gratia. & mos moris. quasi gratiosus mos. Vel dicitur ab atos. quod est flos. & mos. i. virtus. Inde antismos id est tropus floride & urbane virtutis.

Paroemia est accommodatum rebus temporibusque publicis. Reb? ut Adusul stimulum calcitra. i. supbis resiste. Temporis? ut lupus in fabula. i. tace. Ferre quoque quod homo si a lupopropus videatur amittit loquelam. Vnde Lupus est in fabula. dicitur cum aliis in media locutione tacet. & ut dicitur aliqui naturales. Lupus est animal venenosum & inficit aerem. Aer vero infectus veniens ad hominem

ipius arterias ingredere. vnde loquelam aufert. Sed si homo propus videt lupum naturaliter confortatur. & ideo non inficit. Item secundum bedam. canis reus ad suum vomitum. & sus loca in volutabro luti. & Num saul in prophetas. quorum vno cum quolibet post actam penitentiam ad vicia relabi. altero vero tunc vitimur cum imdoctum quolibet officium docendi assumere. vel aliud quid artis quod non didicit sibi met. usurpare. viderimus. Hic tropus a deo late patet. ut liber salomonis. que nos secundum hebreos pabolas dicimus. a pud grecos ex eo nomine accepit paroemia. id est proverbiorum. Et secundum huguonem para coponit cum emu. quod est modulatio. Et dicitur hic paroemia. i. rebus vel temporibus accommodatum puerbium. Verbigratia. Voluit aliquis nocere alicui & lesus est ab eo potest dicitur. Aduersus stimulum calces vel calcitras. Vel potest dicitur. Aduersus stimulum calces. dum signat aduersus resistendum. Similiter quotiens vitimur pro verbo in tempe comodo & apto paroemia est. Verbi gratia. loquaris de aliquo talia aliquid quod sibi displicent si audiret. & ille veniens subito dicit. lupus est in fabula. Vel dicitur paroemia a para. quod est iuxta. & omon. quod est deductio. vel modulatio. quasi iuxta modulatio. vel deductio. quod tacet dum narrat.

Sarcosmos est plena odio vel hostilis irrisio auxiliante modo dicitur signata. ut Alios saluos fecit seipsum non potest saluum facere. Si rex israhel descendat nunc de cruce & credimus ei. Item Omnes quos percussisti gladio mortui sunt. cum hoc dicitur alicui qui neminem gladio percussit. Huic contrariatur antismos. Et dicitur sarcosmos. a sarcos quod est caro. & ysmos quod est diuisio. quasi carnalis diuisio. i. hostilis. Vel dicitur a sarcon quod est corrosio. & mos moris. quasi mos corrosiuus. Vel dicitur a sarcos. quod est caro. & mos moris. quasi carnis mos. id est mala & amara irrisio que pugnat versus ad carnem.

Antismos est tropus multiplex numeroque virtutis. Nam antismos putatur dicitur esse quod simplicitate carz rustica. & faceta satis vrbancitate expolitum est. ut Qui bauum non odit a met tua carnia meui. Atque idem iugat vulpes & mulgeat hyrcos. Quod exponens ysidorus dicit. Qui bauum non odit pro pena ei contigit ut diligat meum. Fuerit autem meum? & bauum? poete pessimi & emuli virgilij. Qui ergo hos diligit. dicit virg. in buccol. sugillado faciat que per natura sunt. i. iugat vulpes ad aratrum & mulgeat hyrcos. Item antismos est cum dicitur. Mulier omni sagitte aperiet faretram. quasi dicitur. Omni virge virili aperiet vuluam. Item. Fili mulieris vltro vix rapietis. i. filii meretricis. dixit saul ionathe. Item apostolus. Vtina & abscondatur que uos oturbant. Et dicitur antismos. ab atos quod est flos & mos. id est virtus uel sententia. Inde antismos. id est tropus floride & urbane uirtutis uel sententie. Et est antismos contraria figura de sarcosmos. scilicet urbanitas sine iracunda. ut Qui bauum non odit etc. ut dicit hugo. Et secundum papiam dicitur antismos. Et secundum huguonem in uno loco dicitur etiam antismos sicut. ita quod est secunda littera. In alio loco dicitur antismos. ita quod non est secunda littera. & multi hoc dicunt. Antismos secundum quosdam debet dici. ita quod non sit secunda littera. & est idem quod antismos. uide supra immediate in antismos.

Quod hic quod sicut dicitur beda. Allegoria aliquando factis. aliquando uerbis tantummodo fit aliquando factis simul & uerbis factis sicut dicitur ad galath. Quando abraam duos filios habuit unum de ancilla & unum de libera que

sunt duo testamenta. Verbis autem solummodo .
ut Egre dietur virga de radice yesse. & flos de ra
dice eius ascendet. Quo significatur de stirpe da
uid per mariam virginem dominum saluatore[m] fuis
se nasciturum. Aliquando factis simul & verbis
vna eademq[ue] res allegorice significat. Factis qui
dem. ut Vendiderunt ioseph in egyptu[m] ysmacitis
triginta argenteis. Verbis vero. ut Appenderunt
mercedem meam triginta argenteis. Itē factis. ut erat
dauid rufus & pulcher aspectu. & vnxit eum samuel
in medio fratrum suorum. Verbis. ut Dilectus meus
cādidus & rubicundus electus ex milibus. Quod vtrūq[ue]
significat mystice mediatorē dei & hominū. deco[r]um
quidē sapiētia & virtute. s[ed] fuisse sanguinis effusio
ne roseū. eumq[ue] vnctū a deo patre. & oleo leticie
p[er] confortib[us] suis. Itē allegoria verbi sine opib[us] a
liquādo historica[m] rem. aliq[ua]ndō tipicā. aliq[ua]ndō tropolo
gica[m]. i. moralē rem. aliq[ua]ndō anagogē. hoc ē sensū ad
superiora ducentē figurate denūciat. Per allego
riam namq[ue] res historica figurat. cui[us] factura p[ri]mo
rum sex siue septem dierū totidem seculi hui[us] opa
tur etatib[us]. Per verbū historia. dū hoc q[ui]d dicit ia
cob p[ri]archa. Catulus leonis iuda ad p[ro]p[ri]ā ascendi
sti filii mei. De regno autē victoris dauid aliq[ui]d i
telligit. Per verbū spiritualis de christo siue eccl[esi]e
sensus elicitur. cū idē sermo p[ri]arche de p[ro]p[ri]a pas
sione & resurrectione fideliter accipitur. Allegoria
facti tropologica[m] hoc est moralē p[er]fectionem de
signat. ut Tunica calaris & polimita quā iacob pa
triarcha filio suo ioseph fecit variarum virtutum
grām. quā de[us] pater vsq[ue] ad terminū vite nostre i
dū & p[re]cepit & donauit insinuat. Allegoria verbi
eandē mor[is] p[er]fectionem designat. ut Sine lūbi vestri
p[re]cepti. & lucerne ardētēs in manib[us] vestris. Et alle
goria facti anagogicā. hoc ē ad superiora ducentem
sensū exprimit. ut Septim[us] ab adam enoch trāsla
tus de mundo. Sabbatū future beatitudinis q[ui] beati
tudo post opa bona seculi hui[us] q[ui] sex etatibus pa
gatur. electis in fine seruat figurate designat. Alle
goria verbi. eadem vice celestia gaudia demonstrat.
ut Vbiq[ue] fuerit corp[us] illuc cōgregabuntur &
aquile. q[ui] vbi mediator dei & hominū est corp[us] ibi
nimirū & nunc subleuare ad celos aīe. & celebrata
gloria resurrectionis colligunt corp[or]a sanctorum.
Nōnunq[ue] autē in vna eademq[ue] re vel verbo histo
ria. simul & mysticus de christo vel eccl[esi]a sensus. &
tropologia. & anagoge figuratim intimat. ut Te
plum dñi iuxta historiam dom[us] quā fecit salomon
iuxta allegoriā corp[us] dñicū. de quo ait. Soluite
templū hoc & in trib[us] diebus exedabo illud. Siue
eccl[esi]a ei[us]. cui dicit. Templū em[en] dei sanctū ē q[ui]d
estis vos. Siue per tropologiā quilibet fidelis. q[ui]b[us]
dicit. An nescitis q[ui]d corp[us] vestra templū sunt spi
ritus sancti q[ui] in vobis ē. Per anagogē sup[er]ne gaudia
mātionis. cui suspirabat qui ait. Beati qui habitāt
in domo tua dñe in secula seculor[um] laudabūt te. Si
mili modo q[ui]d dicitur. Lauda hierusalem dñm lau
da deū tuū syon. Q[ui]m cōfortauit seras portar[um] tua
rum benedixit filijs tuis in te. De ciuib[us] terrene
hierusalē. de eccl[esi]a xp̄i. de aīa. quoq[ue] electa. & de
patria celesti. iuxta historiā. iuxta allegoriā. iuxta
tropologiā. iuxta anagogen recte accipi p[otes]t. Iu
xta allegoriā de eccl[esi]a xp̄i dicim[us] sequētes exem
plum gregozij. qui in moralib[us] ea q[ui] de xp̄o siue ec
cl[esi]a p[er] figuram dicta siue facta interpretantur. alle
goriam proprie nuncupare solet.

O Moensis. est minus note rei p[er] similitudinē
ei[us] q[ui] magis ē nota demonstratō. & iterp[re]t
tatē similitudo. Alij dicūt omoensis q[ui] rei
vni[us] noticiā. Et d[icit] ab omos quod est vnum. & en
sis quod ē noticiā. Hui[us] sūt tres species. Vcon pa
bola. paradigma. id est ymago. comparatio. exemplū
Et scias q[ui] quotiens pro rei note similitudine itel
ligimus rem quā min[us] notam habem[us] omoensis ē.
Fit autē sic pompeij testat. aut a reb[us] ignotis. aut
a reb[us] icognitis. aut a reb[us] imparibus. Et he sunt
tres species quas annectit donat[us].

O Moensis. interpretatur similitudo p[er] quā mi
nus note rei p[er] similitudinē eius q[ui] magis ē
nota p[er] dicitō demonstratō fm hug[ui]n. Et ē idē
quod omoensis. de qua immediate sup[er] dictum est

Ycon est p[er]sonar[um] inter se vel eor[um] q[ui] p[er]sonis
accidit opatio. ut Vidi gloriā ei[us] glo
riam q[ui] vnigeniti a patre. Itē Neq[ue] nu
bent. neq[ue] nubent. neq[ue] ducēt vxores. neq[ue] ei
vlē
mozi poterūt. equales em[en] angelis sunt. ut dicit be
da. Hug[ui]n. vero dicit Vcon yconis se. ge. Et hec yco
nia yconie se. ge. & hec yconia ne. i. ymago vel si
gnum. Et ē ycon inter se vel eor[um] que p[er]sonis acci
dunt cōparatio. scz cū figurā rei ex sili gñe. conamur
exprimere. Et d[icit] ab ycon q[ui]d ē ymago vel signū.

P Arabola. est rerū genere dissimiliū opa
ratio. ut Simile est regnū celozum gno
sinapis. Item Sicut moyses exaltauit ser
pentē in deserto. ita exaltari oportet filium hominis
Item exijt qui semiat seminare semē suū. Et ut dicit
hug[ui]n. para. i. iuxta oponit cum bole. q[ui]d ē sententiā
Inde pabola. id ē similitudo siue comparatio ex dissi
milib[us] reb[us]. sic est cū lucan[us] opat cesarem leoni. n[on]
ex suo. sed ex alio gñe similitudinē faciens. Et dicit
pabola quasi iuxta sententiā. Non em[en] ip̄a ē sententiā
q[ui] sonat. sed iuxta sententiā. Vñ pabolic[us] ca cum.
id ē similitudinar[um] r[ati]o. nū. vide de hoc in suo loco

P Paradigma. ē p[ro]positio vel enarratio. exē
pli hortātis aut deterrētis. Hortātis. ut
Helias homo erat similis nob[is] passibilis
& oratōe orauit ut non plueret sup[er] terram & non
pluit. Itē in euangelio. Respicite volatilia celi. quo
niam non serunt. neq[ue] metūt. neq[ue] gregāt in ozrea
& pater vester celestis pascit ea. Deterrētis. ut In
illa hora q[ui] fuerit in tecto & vasa ei[us] in domo non
descēdat tollere illa. & q[ui] in agro similiter n[on] redeat
retro. Memores estote vxoris loth. scdm bedam.
Et ut dicit hug[ui]n. Paradigma oponit a para. q[ui]d est
iuxta. & digma. q[ui]d est dignitas. vel nome[n] decus.
laus & gloria. Et dicitur h[oc] paradigma gmat[is]. id ē
p[ro]positio exempli. vel exemplum dicti vel facti ali
cuius ex simili vel dissimili gñe. dueniēs ei quam p[ro]
ponim[us] rei. ut Tā fortiter perijt apud yponem sci
pio q[ui] v[er]ice catho. Vel paradigma scdm alios dicit
a para. quod ē iuxta. & digma sententiā. q[ui] iuxta se
tentiā rei ostēdit. & sic differt ab allegoria. Et q[ui]
omoensis & etiā paradigma d[icit] similitudo q[ui]dā. Ideo
dicit ysidorus agēs de paradigmate. q[ui] similitudo fit
tribus modis. Q[ui]q[ue] a pari ad parē. Q[ui]q[ue] a maio
ri ad minus. Q[ui]q[ue] econuerso a minori ad maius.

Hec de scemate & tropis a donato posit[us] deā
sufficiāt. Nūc de colorib[us] rhetoricis & de q[ui]busdā
figuris q[ui] nō ponūt a donato vel p[er] s[ed] cū figuris lo
cutionis. sunt tñ in honore in theologia. & possūt
reduci ad scemata vel tropos mixtim videam[us]. Co
lores em[en] liciti sūt sermones. & multi colores cōue
niunt cum figuris locutōis.

De coloribus rhetoricis.

Colores autē rhetorici. et figure p̄dicte de quibus hic itendi mus sunt sexagintadue. scz. Adiecti agnominatio. antimetabola. antipofora. antitheta. antitheton. antropospatos. aposiopesis. apostrophe. articulus. Braciologia.

Catipolis. climax. cōplexio. cōcordia. cōplicatio. cōiunctio. contentio. cōtrariū. cōuersio. correctio. Diaforosis. diastros. diffinitio. dubitatio. Ebasis. emphasis. endiadis. epyrocesis. epylogus. epynone. ethiopeya in suo loco ē. embasis. euphonia. euphemismos. exalage. exclamatio. Fantasia. Grada: tio. Ypalage. ypofoza. Lepos. litore. Occupatio. oliopomenon. omopasia. omophosis. Pizantia. p̄cisio. p̄fonesis. p̄fopopeia. p̄thescosparalange. Ra: tiotatio. repetitio. Sniā. sinehesis. somothophea. subiectio. Traductio. trāsicio. tropologia.

Adiunctū vel adiunctō. est qñ res cōprehen dit et nō iterponitur verbū. s; p̄i? aut in fine locatur. ut extinguit sp̄m siue morbz? siue senectus. Itē morbo vel senio forme deez? eua:

Conominatio. sic qñ dictiones cōiunctur. plures iungūtur i principio aut i fine sillabē sensu tñ dissimiles. ut Curia curarū ge nericx nuerixq; maloꝝ. Inuictis victos inhonestis equat honestos. Hic color cōuenit cum quadā spe cie scematis que dicitur paranomasia.

Antimetabola. est mutatio sermonis cū s̄ma ut Nō ut edas viuas. s; edas ut viuere possis. Vñ doctrinale. Cū verbis vertit anti: metabola sensum. Non ut edas viuas. sed edas ut viuere possis. Et d; ab anti quod ē cōtra. et meta qd est trans. et bole quod ē sententia. quasi transla ta cū cōtrarietate verborū sniā. & reducitur ad tropū qui d; metaphora. Vel ut dicit hug. Antimeta bola ē cōuersio verborū q̄ ordine mutato cōtrariū efficiat sensus. ut Nō ut edam viuo. s; ut viua edo & declinat hęc antimetabola antimetabole. v; hęc antimetabole antimetaboles.

Antipofora. que a grecismo ponitur sub sce mate. ē respōsio tacite obiectōi facta. ut Nil mihi referbas ateamē ipse veni. Et di citur ab anti qd est cōtra. et foros quod ē fari v; di cere. Inde antipofora quasi dicitio cōtra illud qd posset obici. Vñ doctrinale. Respōdes ad ea tibi que sunt obiectōda. Das antipofora cū nō tñ obiecti atur. vel dicitur ab anti. et foros quod ē ferre. qua si contra ferre obiectōni respōsionem.

Anitheta ē quedā figura de qua supra dixi in capitulo de scemate quasi in fine.

Anitheton est quedā figura de qua sup̄ di ctū ē i caplo de scemate quasi in fine.

Antropospatos. est hūana passio. qñ quod est hois attribuitur deo. ut de? irascitur. gaudet. Vñ psalmi. Dñe ne in furore tuo arguas me. neq; i ira rē. Et dicitur ab antropos quod ē hō & passis vel patos quod ē passio quasi humana passio. Et ponitur i doctrinali inter colo res vbi sic dicit. Si que sunt homis assignātur dei: tati. Antropospatos ē sic sepe dei legis ira. Dicitē etiā antropospatos qñ ecōuerso quod ē dei ateri: buitur homi. ut fulmiare. tonare. ningere. plue.

Aposiopesis. est valid? defect? orōnis. vñ Priscē in minoꝝi ponit exemplū terentij in eunuchō. Ego ne illā. que illū. q̄ me. que me

nō. Deest vnicuiq; cōstructio plene oratōis. Ego ne illā digner aduētū meo. q̄ illū p̄posuit mihi. que me spreuit. que me nō suscepit heri. Et dicitur ab apo qd est defect? & vsios quod ē equale siue sub stantia. et passis quod est passio. quasi equalis de: defectus vel substācialis passio. vel a poio is. quod ē fingere. quasi fictio equalis defect?. Vel secūdu pap. aposiopesis ē cū id quod dicitur videbatur silentio intercipimus. ut quos ergo semotos p̄stat cōponere fluct?. suspensa locutio. Et ut dicit alex ander. differūt ethiopehis et aposiopesis. quia in ethiopehi certū est quod subintelligi queat. ut hęc secū. deest em loq̄batur. Sed i aposiopesi mltis mo dis potest fieri suppletio. ut si introibūt i requiem meā. suppleri potest mirū erit. v; nō credatur mihi vel aliud huiōi. Et fiunt huiōi defectus in penis et in p̄mijis i theologia. ad notandū q̄ pene repro boꝝ et p̄mia bonoꝝ sunt inenarrabilia. Esa. Secre tum meū mihi. secretū meum mihi. ve mihi.

Postrophe. est ouersio locutōis ad aliquē p̄ secundā p̄sonā. ut Domini ē sal? & sup p̄l'm tuū benedictio tua. & dicit ab apos qd ē retro. vel aliud et tropos quod ē cōuersio qñ conuersio ad aliud. & cōuenit cum tropologia de qua infra dicitur.

Reticulus est verborū dispositio sine cōiun ctione. ut Solus iermis. imops iglori? vn de redisti. Vel qñdo clausule sine cessatōe absq; icruallo distiguunt. & iste ē color rhetoric? quasi idē cū scemate qd dicitur asinetheton v; dya:

Braciologia ponitur a grecismo. licon. sub scemate. & sit cū pla sub pauis v̄bis cōprehēdūt. ut vrit amor paridē nuptā rapit armat. atidē. v; ero pugnat. sic machina tro: ia crematur. & dicitur a bracos. quod ē breue. & logos. quod ē sermo. quasi sermo breuis. vel braci ologia s̄m hug. idē ē q̄ breuiloq̄z. id ē. breuis di ctio. ut venim?. vidim?. placuit. exēplū ē papie.

Catipolis q̄ ponit a grecismo sub scema: te. sic quādo aliqd iuxta sui formā descri: biē vel figurā sub noie patris vel m̄is v; alten? rei. ut caluus. crispus. venterosus. sophroni cus. ferromi?. socrate d̄scribūt hęc oia solū. & di: citē a cata. qd ē iuxta. et tipus qd est figura vel for ma. qñ alicui? descriptō iuxta sui formā v; figurā

Limax q̄ ponit a grecismo sub scemate. sit cū de vno verbo in verbis sit gradatio. ut Mars videt hanc. visamq; cupit. poticq; cupita. v; ut dicit pap. Climax. gradatio cū a quo superior sensus terminat. inferior icipit. ut ē illud Ex innocētia nascitē dignitas. ex dignitate honoz. ex honore imperiū. Hanc figurā nōnulli catenā vo cant. qd scema est. & cōuenit hęc figura cū illo co loze q̄ d; gradatio. & dicitē a clima qd est gradatio

Complexio. sit ex eo q̄ eadē dicitio i princ: pijs plurimū clausularū repetitē. & altera circa finē earundē. ut benedicite angeli do mini dño. benedicite celi domino. Item q̄s testa mentū vetus trāsulit. hieronimus. Quis triū ling uarū peritus siue exp̄tus fuit. hieronim?. Quis he reses destruxit hieronim?. & d; a p̄lectoꝝ c̄tens qz cōplectitē conuersionem & repetitōm. qui sunt duo per se colores.

Concordia ē quādo fines medietati versuū cōueniunt & cōcordant. ut patet i versib? leonimis. Fac tibi fortunā. festines. frange lunam. & cōtra fatū faciet te cura beatum.

hu

Quoduplicatio est geminatio dictionis vel dictionū vel orationis ad laudē vel vituperiū alicuius. & nō seruat locū qz sic i principiō vel medio vel fine. vt Tu ne patrē gladio crudelis nate necasti. Tu ne patrē nūq̄. mors patris mors tua nunq̄. & cōuenit cū quodā scemate qd dicit ana diplosis. & etiā cū epanalensi.

Quonunctio vel cōiunctio est cū dicitur clausule claudunt sub vno verbo posito i medio vt Aut etas forme decus atterit aut validudo. id ē infirmitas. & cōuenit cum zeumate.

Quonentio sic qn cōtrarijs rebus oratio cōficiē. vt In luctu nides. iter cōiuiua luges. verbem rure cupis. laudas bona ruris i vt be Mane peto lectū. dimitto v espere rectū

Quonetrariū. fit ex quo animus ex diuersis rebus efficiē certus. vt Qui sibi non parcat quō mihi vel tibi p̄cet. Qui sua diuulgat p̄bra credis qz tua celet. An cedes soli qz cū socio supasti. q̄si dicat nō. & ouenit cū scemate qd dicit an

Quonuersio. est quādo eadē dicitur ritheton. cōiunctio i fine clausularū repetit. vt Qui vitium spernis te spernis friuola spernis.

Quonrectio. ē quādo tollit qd prius dictū ē & qd magis ydoneum videt̄ apponitur. vt Sū min⁹ obliuiscis decoris. quinimo dedecoris. ex quo dicitur amās imo verati⁹ amēs. & ouenit hic color cū figura q̄ dicitur epydiocesis. de q̄ infra dicā

Quonvasozosis. ē dubitatio. vt Eloquar an sileam. & dicitur a dya quod ē duo & forosis qd ē locutio. In dyaforosis. i. duplex locutio.

Quonvasitros. est figura locutiois in theologia familiaris. quādo aliqua vox vel dictio ad duo trahitur. vt Nequando rapiat vt leo aīam meam. scz ille qui est vt leo. vel leo nō rapiat.

Quonvinitio. est breuis demonstratio rei p̄ orationē facta. p̄prias rei amplectēs p̄prietates vt Prodigis ē quasi vitio retinēd⁹ p̄fundēs. Largus. q̄ sumptus facit ex ratione libenter. Parcus. qui retinet quidq̄ depositat usus. Qui retin⁹ cupid⁹ qd res depositat auarus. Prodig⁹ ut largo sic distat parcus auaro.

Quonvbitatio. fit cū aliq̄s ostēdit dubiū se esse & ignorat quid sit pot⁹ eligendū. vt Tu q̄s es ignoro. quo te quoqz noīe dicā Neicio. si dicā spurcissime nō ent equū. Si scelus appellem minus est. de formoz an sis Neq̄oz ignoro nunc hoc mihi. nunc placet illud.

Quonvbasia. ē euagatio p̄ter materiā. & dicitur ab e. quod ē extra. & basis quod ē fūdamētum. quasi extra materiā q̄ est fundamentū cum secundū materiā inquirendi sint sermōnes. vnde doctrinale. Extra materiā describēs. uana uagatur Autor. & hanc plures ebasim dixere figuram. Quāda dicit eubasis. p̄ eu dyptrigon. Et est eubasis bona digressio sic sepe autores faciūt. quādo relictā materiā digressiōne faciunt. Et dicitur ab eu quod est bonū. & basis quod ē vado siue gradior. Inde eubasis. id est bona digressio.

Quonvmphasis. que ponit a grecismo sub tropo est exp̄ssio loquēdi. & fit cū volentes exprimerē aliq̄d accidēs vtimur noīe substantiuo p̄ adiectiuo significante illud accidēs ad maiore exp̄ssione. vt si ponatur scel⁹ p̄ scelerato. virtus p̄ virtuoso. Tobias. Nubere virtuti vtus letatur. Et dicitur ab en. quod ē in. & phasis locutio. vel exp̄ssio. q̄si exp̄ssa locutio. secundū quosdā. Hug.

vero dicit. Emphasis. i. expressio. quasi quedā figura loquēdi. scz cū uolum⁹ abundantia & exp̄ssione alicui⁹ accidēs i aliquo notare. solem⁹ illud appellare noīe accedētis. vt Dauus est ipm scel⁹. vnde emphaticus ca. cū. & hinc emphatice aduerbiū. ut emphatice loquit̄ iste. i. exp̄sse. scz tali figura. Et emphatico cas. id est. emphatice loqui. & nota. qz emphaticus quādoqz dicitur audax & increpator. quia talium est exp̄sse loqui.

Quonvendiadis. que ponit a grecismo sub scemate est cū duo adiunguntur substantiua & alterz resoluitur in adiectiuū. vt Arma virumqz cano. i. armatū virum. vnde grecis. endiadis. fit resolutio i mobile fixo. & secundū doctrinale fit etiaz ecduerso. vt Armatum uirū. id ē. arma et uirū. & ita est duplex endiadis. scz disiuncta & cōiuncta. Et dicitur ab en quod est in. & dya quod ē duo. & dya quod ē inseparabilis p̄positio & nota resolutiois. quasi duoz in vnū resolutio. Papias vero dicit. Endiadis est figura cū duo diuersa nomia i unā ouenientia cōiunguntur. ut ipertē & p̄dā. p̄ impertē p̄de

Quonvpydiocesis. q̄ ponit a grecismo sub scemate. fit cū supradictū in meliore p̄tem corrigitur. ut i ste est certus amās. imo certior. imo certissim⁹. Et dicitur ab epy quod est sup̄. & dyan quod est clarū. & scelis quod est cesura. & dicitur coorrectio in rhetorica.

Quonvpylogus. similiter ponit a grecismo sub scemate. & est supradictoz replicatio. & dicitur ab epy quod ē supra. & logos quod ē sermo. Et ē idē quod reuolutio. Secundū em hug. ab epy & logos. dicitur hic epylog⁹. epylogi. id ē. suplocutio alicui⁹ rei. uel breuis recapitulatio p̄dictoz. & p̄prie in fine causarum. in medio iudicij uel extrema parte libri. Et idē hoc epylogiū epylogi. id ē. & epylogo epylogas. id ē. epylogū facere. breuiter p̄dicta recapitulare. & est actiuū.

Quonvpymonē. est tropus in theologia. quando dictio repetit̄ ad maiore certitudine. vel desiderij expressionē. vt Amen amen dico vobis. & reducit̄ ad epizensim. & dicitur ab epy quod est supra. & monos vnū. quasi vnū dicitōis supra posite repetitio. Vñ grecis. Epimone fit si vox sit crebro repetita. Alij dicit. qz epimone fit quando dictio nō tota repetit̄ sed p̄ncipiū & finis variat̄. Et hoc ostēdit exemplū doctrinalis. vt expectans expectaui dñm. Canēs canebat. Laudās laudabo. Et dicitur ab epy quod ē supra. et monon quod ē repetere. quasi superioris repetitio.

Quonvubasis. est bona digressio. De hoc etiaz supra dixi in ebasia. ibi require.

Quonvuphonia. est pulera locutio vt meridies p̄ meridies. & secundū quosdā fit dupliciter vel qn litera transponit̄. vt nobiscū p̄ cū nobis. Vel scribitur et nō p̄fertur. vt circūeo cū cū amicta. p̄pter malā cōsonantatem. & dicitur ab eu. quod est bonū. et phonos quod ē sonus. quasi bona sonitas vel bon⁹ sonus. Vnde euphonic⁹ ca. cū. id ē. bene sonās. et excusat cacephaton. secundū doctrinale. Cū retices q̄ turpe sonāt euphonia ha

Quonvuphemismos. est bona verbi p̄ betur. verbo mutatio. vt exultabit lingua mea iusticiam tuā. id ē. exultando p̄nunciabit. & dicitur ab eu quod ē bonū. et phemismos quod est mutatio. quasi bona mutatio. De hoc sic dicit doctrinale. Euphemismos erit p̄ vbo ponere verbū. Exultat domini vocē mea lingua superni.

Palage. est mutatio quādo p numero plu-
rali singularis ponitur. secundū papiā De
hoc etiā dicā infra qñ determinabo de allo-
theca in capitulo de synthesi i sine. & dicitur ab ex
quō est extra. et alcon quod ē alienū. et logos quod
est sermo. quasi extraneus & alienus sermo.

Exclamatio est cū frequenter clamat. ut O
quātis. o quibus. o qualib? es viduata. et cō-
uenit cū profoneli. de quo dicā infra.

Antasia. secundū grecismū est sub tropo.
& interpretatur ficta locutio. cū qd ē aīati
attribuitur i animato. ut Seges loquūt &
cōuenit cum somotopia. vide etiā in suo loco.

Radatio. fit cū de pcedēti voce subsequēs
formatur qñ p gradū vocū. ut Quid leni?
fumo vel flama. flamē. qd flamiē vent? qd
vento mulier. quid muliere nihil. Et grecismus dic-
hic. Quācunq; videt cupit. & quācunq; cupiuit al-
licet. allectā viciat. prodit viciatā. & conuenit hic
color cum figura q dicitur climax. Conuenit etiā
cum tropo qui dicitur metalensis.

Vpalage. cōtinet sub scemate. Vñ etiā de
ea dixi i capitulo de scemate qñ i sine.
pofora. est obiectio q potest fieri ab aduer-
sario. & dicitur ab ypos qd est sub. & foros
quod ē sero. id ē. dico. Inde yposora. id ē.
subdictio. vel obiectio ab aduersario facta.

Epos interpretatur vrbantitas. & fit quādo
vnius vel ad vñū sic locutio pluraliter. ut
nostis bone p̄sul. vnde doctrinale. Dicitur
esse lepos sermo direct? ad vnum. vrens plurali.
velut hic nostis bone p̄sul.

Litote. tes. vel litota. te. ut ait grecism? sub
scemate. interpretat minus dicēs & plus
signans. ut nō nou? imo vetus. iste nō est
miliens. s; sapiēs. genus et spēs nō videntur simpli-
citer dici. imo multiplici. Et munera nō spernas.
p libenter suscipias. vel eōuerso. cū plus dicit et
minus signat. ut dicit papias. & ut ait doctrinale
Fiet sub ea firmando negatio bina. Et sic secundū
eam litote fit cū due negatōes vñā faciunt affirma-
tionē. ut sedeo necnō & scribo. & d; a litos. quod
est dissolutio. q; due ptes resolunt in vñā. et est
cōtraria litote cui dā tropo qui dicitur yperbole.

Ocupatio. fit qñ dicimus nos p̄terire aut
nescire aut nolle dicē. hec q maxime dicim?
hoc mō Quid referā quātis tua sit macula
ta iuuent? flagitijs. & grecism? ait. Occupat hic
color: cū quid trāsire parabat. nec transit. p̄tereo
cedes periuia furta rapinas. Tedia forte darem si
verbis ista referrem.

Lipomenon. ē sub paucis verbis multoz
cōprehensio. ut hic. vrit amor p̄andez. vel
hic. Mors mala. mors inc?. malus actus.
mors foris vsus. Tumba. puella. puer. lazar? ista
pot. & dicitur ab olon quod ē totū vel multum
& pomenon quod est cōiunctio. quasi multozum
breuibus verbis adiectio.

Mopasia. est attributio p̄prietatis vni? al-
teri ut lingua mea meditabit iusticiā tuaz.
Lingue em ē loqui. & cordis meditari. vñ
quod est cordis attribuitur lingue. et d; ab omos.
quod est vnum & pasia. quod est passio. quasi vni-
torum passio & attributio.

Omophosia. est expositio ignoti per eque vñ
magis ignotū. ut Quid ē palmito. tas. p̄-
taxo. xas. vel qñ p grecū expoitur latinū.

ut qd est hō antropos. qd est currere veclē. & d;
ab omos quod est simile. & phosis qd ē expositio
qñ p simile expositio. & reducitur ad omozensim.
que est notificā vnā rem p aliam.

Istantia est questio cui nō potest vna. voce
responderi. ut qua gerem? bellū. q auxilia
